


Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, SS.  
Th. D. Et Prof. Facult. Senior, & Superattendens Rostochiensis Ab Impiis  
Bacchanalium Feriis ac turpi luxu Cives Academicos serio dehortatur. An. cl Ic  
XLIIIX**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734823592>

Druck Freier  Zugang



R.U. Progr. 1648

1) Johann Quistorp

2) Heinr. Rahne

3) "

4) "

5) Joach Schnobel







PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES QUISTORPIUS,

SS. TH. D. ET PROF. FACULT.

Senior, & Superattendens Ro-  
stochiensis

Ab

Impiis


BACCHANALIUM  
FERIIS

ac turpi luxu

CIVES ACADEMICOS

feriò dehortatur.

AN. clò Idc XLIIIX



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILH, Acad. Typogr.



PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITÄT ROSTOCK  
JOHANNES GUIS  
22. TH. D. ET PROP. FACULT.  
Senat & Supplicandum  
Hochschule

Impius

BACCHANALIAM  
FERRIS

DE THEATRIS  
CIVIS EXAMINIS  
Theatrum  
An die XII

ROTORUM

UNIVERSITÄT ROSTOCK





Ætera solemnī celebrabitis omnia  
ritu,

Scilicet æterno Festa dicata Deo.  
Quælibet Hoc merito vel diris de-  
vovet ætas,

Plurima quo ventri gens operata vacat,  
Indulgere gulæ, distendere viscera potu:

Quid, nisi Tartareo sacrificare Jovi est?

Quid personati vultus, nisi Dæmonis icon?

Quid thyasi molles, sordidiorvè Jocus?

Quidve Lupercales passim per compita ludi:

Actaque Thyrsiferi turba furore ducis?

Et quæ præterea sine more modoque patrantur,

Quid? nisi Tænarii sunt paradigma lupi?

Esse mei procul hoc debetis ab ordine, CIVES!

Quod mandat pietas, quod jubet ipse DEUS.

Discite sanari monitis in tempore: nempe est

Optima virtuti proxima quæque dies.

Quid juvet infami lucas producere luxu?

Nos sibi, nos cælo condidit ipse DEUS.

Illud delictum cæli, illa Tonantis imago

Ausit divinum sic scelerare decus?

A 2

An



An tanti fit luxus edax, & fœda voluptas,  
Ut possit Baccho vilior esse DEUS?  
*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas!*  
*Unum mens CHRISTUM cogitet, optet,*  
*amet.*

Heic nos pugna manet, dedimus qui nomina  
CHRISTO,

Cuinemo, nisi qui sobrius, aptus erit.  
Qui stat in excubiis, qui multum sudat & alget,  
Esurit, atque sitit, deniq; victor ovat.  
Lurcones, bibulumque genus facile opprimit  
Hostis.

Opprimere incautos tuta frequensque via est.  
*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas!*  
*Vnum mens CHRISTUM cogitet, optet,*  
*amet.*

Continuis quod adhuc ardet Germania bellis,  
Haut dubiè luxus caussa propinqua fuit.  
Undique Christjano madefiunt arva cruore,  
Vidimus ut mensas ante natare mero.  
Læta suo quondam clangebant cymbala Baccho:  
Successit clangor Martius ille tubæ.  
Pervaga lascivi resonabant compita cantus:  
Ast hodie ingratum taurea terga strepunt,  
Fecit in his olim plebs multa nefanda diebus;  
Pro qua jam miles multa nefanda facit.

Tunc



Tunc & mensa nitens, conturbatorque ma-  
cellus,

Et gravis aspectu phasidos ales erat.

Prodiga quisque ibat spumantibus ora culullis

Mergere, & affuso se sepelire mero.

Suppetit at multis hodie vix copia panis,

Alget & extincto nuda culina foco.

*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas!*

*Vnum mens CHRISTVM cogitet, optet,  
amet.*

E luxu febris, tabes, mors, calculus, hydrops,

Qui gravis obba mero est, ille venena bibit.

Cum cornu incurSAT Bromius, petulante sub  
ictu

Mens fugit uda mero, pes fugit, ossa tremunt.

*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas!*

*Vnum mens CHRISTVM cogitet, optet,  
amet.*

Jam soles redeunt, quibus olim Noster JĒSUS  
Mortales Erebi faucibus eripuit.

Dextra DEO perfossa riget, tua dextra coronet

Pocula lascivis evacuanda modis?

Lingua Redemptoris mordace lavatur aceto?

Tu que vel ad vomitus usque Falerna bibas?

Ecce triumphales præcingit spina capillos.

Tu malis inter vitam agitare rosas?



Exspuit in CHRISTI vultum sceleratus Apella:

Tu larvis faciem mollis, & ora tegas?

Exanimi JESUS ducit suspiria planctu:

Et tu per plateas Stentoris ore boes?

Immeritâ regale secat vibice flagellum

Tergus: tu cures, Sardanapale, cutem?

*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas!*

*Unum mens CHRISTVM cogitet, optet,  
amet.*

Decurrunt anni, celeri pede labitur ætas,

Et vix orta dies non reditura redit.

Dum sumus, & Fuimus: morimur, dum vi-  
vimus: & mox

Nos iterum leti vis inopina rapit,

Sic tamen affixus terrenis helluo vivit,

Ac si non unquam mors obeunda foret.

Quid si, cum vinis oculique animique natarent,

Extremum veheret flebilis hora diem?

Ut quemque inveniet Judex, ita sede locabit.

Arbor, uti cecidit, deinde resecta jacet.

Tunc resipiscendi tempusque diesque negan-  
tur.

Tunc epulo seras mittit ad astra preces!

*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas.*

*Unum mens CHRISTVM cogitet, optet,  
amet.*

Instat



Instat Judicium, quo summus in iride Prator  
Mox hominum seclis ultima jura dabit.  
Heic dices, inopesque simul, doctique rudesque  
Stabunt: heic Actor plurimus, inde Reus.  
Heic celebrata memor flebit convivium lurco,  
Poneret innumeras cum sua mensa dapes:  
Ebria cum fluerent peregrino signata luxu,  
Quæ Sybarita suos diceret esse toros.  
Jam periisse sciet, se judice, quisque, nec acta  
Causa erit, & causâ se cecidisse sciet.

Crimina nemo sibi reus exprobrata refellet:  
Testis erit noxæ qui libet ipse suæ.

Inter oves pia gens, lurcones usque manebunt:  
Dedecores inter, turba sinistra, greges.

*Prò pereat luxus, pereat male suada voluptas!*

*Unum mens CHRISTVM cogitet, optet,  
amet.*

Vos, quibus usus adhuc conceditur illius horæ,  
Quâ licet à pravo calle referre pedem:

Spernite luxuriam, Dionysia spernite, CIVES,  
Si vobis curæ vestra sit ipsa salus.

Mente animi sedeat, quæ luxum pœna sequatur  
Scilicet Orcivo pœna luenda foro.

Non mea, sed CHRISTI vox est: quod ventris  
alumni

(Horrendum!) haud intrent regna beata poli,

Quis



Quis velit insanos Bacchi præferre tumultus  
Æternæ Paci, lætitiæque Poli?

Ergo suo pereant cum Bacchanalia luxu  
Sunt odiosa DEO, perniciofa homini

P. P. ROSTOCHI, EID. FEBR. ANNO recu-  
peratæ salutis clc lbc XLIX.














ẽ paradiso ejeti tenebris flammam  
nati eramus. Nunc verò per Nati-  
vitatem sic Deo jungimur, ut  
credentes filii Dei & æternæ glori-  
æ nunc filius Dei factus nostra caro  
Deus in nobis, cum nobis, inter  
adeoq; totus nobis natus & datus  
cat, blandè ad se invitat, & delicias  
habet. Pax nobis cum Deo nunc  
reconciliatio perfectissima, benevolen-  
tia. Quis enim à Deo nos jam separabi-  
mus & frater noster factus sibi com-  
municabit, quorum causam Deus ipse assu-  
mptam suam impertit, quos velut oculi  
sponsus sponsam, aut pastor fideles  
& defendit? Quis deniq; peccatum  
infernum ullâ ratione nos turbare  
tranquilla deicere possent, cum  
habemus propitium, peccatores reci-  
tis instar solentem, vitam & in  
sanctè promittentem? GAUDETE  
in hoc Servatore nostro semper, &  
ego dico, GAUDETE, curas procul  
te, quia nobis adest IMMANS  
Angelicam, quâ nato Christo  
IGNUM universo orbi partum  
ciatur. Exurgat anima quæ visum  
Dominum & in Deo salutis suæ  
Canamus cum Ecclesiâ: *Grates*



ernis desti-  
anc miracu-  
incarnatum  
evadamus;  
manuel, est  
propter nos,  
amicos vo-  
er homines  
ima, recon-  
ma & imota.  
eus ipse Ho-  
quis accusa-  
s justitiam  
llam velut  
am custodit  
o, mors, in-  
te solidâ ac  
unc habea-  
afflictos ma-  
eleste nobis  
in Domino  
n Apосто-  
nihil metui-  
tate vocem  
UM MA-  
oribus nun-  
magnificet  
ico exulter.  
es reddamus  
Domi-